

1511. u. 17. Januarij

Sigismundus I. Rex Polonie Capitaneis Ferrarum Rni:

Mge^o &c. Instituta est in Comitij Rni omnium Consensu Contributio pro defensione Rni contra infideles, ut quilibet tam spiritualis, quam secularis habeas Census ex Laneis agrorum, de quolibet laneo ex Cenu suo solvat et contribuat per Grosos Sex ad Dominicam Letare proximam in manus exactoris Nri, utque pro eodem tempore Civitates et oppida solvant exactionem Civilem integram. Sulteti vero ac nobiles, Smetrones non habentes, ut quilibet eorum Sex Grosorum pro eodem tempore solvat. Smetrones autem Tertones ex laneis suis solvant partem dimidiam pro prima Ratha ad Festum Pentecostes proximum alteram vero dimidiam partem pro Festo Sancti Michaelis secundum prescriptum Literarum universalium in manus Exactorum solvent. Mandamus Tuce Sinceritati, ut per publicas proclamationes edici faciat in Capitaneatu suo, ut unus quisque pro tempore designato Contributiones ad manus Exactoris prefati contribuat. Et si quis negligens et contumax fuerit, talem Smeritas tua ex Officio, pignoratione et alijs penis ad solvendum compellat. Pro Gratia Nra Datum Craovic, 17. Januarij 1511.

